



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1619

Cap. IX. Orbis Noui Gymnasia, & familiae religiosae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11108

LIBER IV. CAPVT VIII. 215

sis, & Marthensis Episcopi suffragantur. In eadem vrbe sedem habet Tribunal Regium illius Prouinciae, itemque Collegium Soc. Iesu, cum Seminario S. Bartholomaei.

C A P V T V III.

D E C H I L E N S I P R O V I N C I A.

EST ea sita ad mare Pacificum haud procul à freto Magellanico, cuius caput censetur Vrbs *Imperialis*, Tribunalis Regij Sedes. In qua Vrbe Paulus V. Papa Episcopum quoque constituit, vt & in vrbē S. Iacobi, eiusdem Prouinciae,

C A P V T I X.

O R B I S N O V I G Y M ' N A S I A , E T
familia Religioſæ.

IN Orbe Nouo duæ sunt Academiæ seu vniuersitates, in quibus discipline omnes & sublimiores à Professoribus Regijs, more Europæorum publicè explicantur, nimirum Mexicana & Limensis.

Habent item Patres Soc. Iesu sua passim gymnasia, in quibus iuuentutem optimis & litteris & moribus imbuunt.

Sunt autem in Orbe Nouo sex diuersæ Religiosorum hominum familie seu cōgregatio-

gationes, Euangelicæ prædicationi operam
seriò nauantes: videlicet Dominicani, Frá-
ciscani Augustiniani, Mercenarij Patres
Soc. Iesu, & Carmelitæ Discalceati. Singulis
sua sunt monasteria, conuentus ac prouin-
ciæ.

Præter Religiosorum istorum hominū
cœtus, sunt quā plurimi per Indiam Occi-
dentalē clerici ac sacerdotes, vt vocant sa-
culares; plurima item Canonicorū Collegia,
vt in Europa, Decani, Archidiaconi, Primi-
cerij & aliorum ordinum dignitatibus con-
decorata; quæ Reges Catholici fundarunt
ac dotarunt.

C A P V T X.

COLLEGIA SOC. IESV IN IN-
dia Occidentali, seu Orbe Nouo.

Quæ sit Christianæ Religionis per Or-
bem Nouum amplitudo, ex Catalogo
Collegiorum Soc. Iesu subiuncto fa-
cilè quiuis intelliget.

In India Occidentali Provinciæ sunt quatuor.

PROVINCIA PERVANA.

Colleg. Limense.

Limæ Domus Probat. Lima.

Seminarium Limense.

Resid. S. Iacobi.

Colle-